

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab  
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici  
dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

47 Lex in confidentiarios, vt omnis alia in odium alicuius lata, odiosa, &  
restringenda est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

# Liber I. De Constitutionibus. Tit. II.

7

rius non extendatur, capit. fin. de constitut. fallit tamen quies de effectu futuro, agit, qui sine effectu præterito stare, & consistere potest. Glos. in Clemen. ut hi qui uer. in posterum, de reat. & qualit.

## DECISIO XLVII.

*Ex consil. 4. alias 1.*

**D**Vila Pij IV, que incip. Romanum, & est 109. in ordinem eiusdem, edita 1564. & Bulla Pij V. incip. intollerabilis, & est 87. in ordine eiusdem, edita 1569. in beneficiarios confidentiaris late, ad excludendum, & arcendum dolos, & fraudes, & vota caprande mortis alienæ, que per huiusmodi confidentias beneficiales illicitas induc solent odiosas censendæ sunt, & restringendæ; eo quod lex omnis facta in odium aliquorum, vel aliquicu rei censeti debet odiosa, & restringenda. l. Qui exceptionem ff. de condit. iudeb.

## DECISIO XLVIII.

**C**Vm constitutio odiosa, non extendit, sed potius restringi debet; capit. Odia, de reg. iu. in 6. pensionem per confidentiam transferens, penas Bullæ contra confidentiam beneficiale latæ non incurrit, cum pensione beneficium sit, nec res spiritualis, sed temporalis, nec obligat ad dicendas horas Canonicas, nec habet perpetuam durationem, nec residentiam requirit, quæ tamen omnia beneficia de iure communis requirunt, c. Conquestate, & cap. fin. de cle. non resi. & renunciari potest, & remitti gratuitò sine vila superioris auctoritate, ex Card. Alex. in cap. Agathof. dist. 63, immo cum Papæ auctoritate pecunia redimi potest.

## DECISIO XLIX.

*Ex consil. 4. alias 3.*

**L**Ex principiis secularis prohibens equos extra regnum suum asportari, cum sit praetudicialis, pœnalis, odiosa, & in odium delicti inducta, in foro conscientie clericos extrahentes equos suos in suis equitatis genitos non obligat, prefertim cum lex Imperatoria etiam generaliter loquens, & nullam de clericis speciale faciens mentionem. Clericos non includat, si sit praetudicialis: Arg. cap. 1. de noui oper. nunc. & cap. Si in adiutorium dist. 10. sed neque lex hec laicos in conscientia obligat, cum recepta formam sit quoad pœnam externam, non autem quoad pœnam eternam: lex autem recepta, quoad pœnam temporalem, non obligat quoad pœnam eternam, si non sit recepta etiam quoad illam. Neque confessari, neque penitentes studi confuerunt huiusmodi legis obseruantiam, inlangere, aut in foro interiori accipere, reputantes legi fauienti soluendo pœnam temporiam, cum deprehenderetur eorum transgressio. Ita Nauarr. in Manu. cap. 23. num. 62.

## DECISIO L.

*Ex consil. 5. alias 7.*

**N**Capitulis Generalibus Religiosorum, ubi multæ nationes concurrunt, legitimè fieri potest constitutio, ne in Prioris, aut Abbates Monasteriorum plures, quam tres de una natione eligantur, cum statutum hoc multis de causis rationabile esse possit, scilicet, ne alijs detur cauſa superbiendi, alijs murmurandi, aut alijs nimium sua genti, vel nationi tribuendi. Quando autem eligi non possint omnes digni de omnibus nationibus, nisi plures quæsites eligentur de una, tunc plures de illa eligi possent; quia nunquam eligendus est indignus ex S. Thom. 2.2. q. 63. artic. 2.

## DECISIO LI.

*Ex consil. 6. alias 2.*

**Q**Uod responderet Papa de iure respondendo alicui quem tenti, vel interroganti cum super aliquo dubio iuris, censetur velle, ut in similibus casibus idem respondeatur; quia vero Papa, aliquando ut Papa loquitur, aliquando vero ut Doctor, ex circumstantijs temporis, loci, modi & causa respondendi, & interrogandi, & scribendi, & dictandi, colligi potest in dubio, an ut Papa, vel ut Do-

ctor in tali materia responderet censeatur.

## DECISIO LIL.

*Ex consil. 7. alias 20. de sententia excommunicationis.*

**S**Xtraugans Pij Qumū de electione superiorum ordinis Minorum excommunicans suspendes, & per mensem carceri mancipans eū, qui ad officium obtinendum, quorumvis fauorem extra religionem procurat; non punit fratrem procurantem literas ad quosdam electores, vt ei fauenter, si postea dictis literis non vtatur. Lex enim pœnalis restringenda est, capitul. Penit. dist. 1. nec ultra finem a legislatore intentum ligat, cum actus agentium non operentur ultra intentionem eorum. capit. fin. de prebend. Et intentio Pontificis est, ne electores propter fauores indigos dignis, vel minus dignos dignioribus preferant; qui finis & intentio cessat, si procurans literis non vtatur; talis enim verē fauorem non procurat, cum literæ alicui fauori non sint, donec ad eum, ad quem dantur, perueniant.

## DECISIO LIII.

*Quarta de consti. in Novis deest in antiquis.*

**Q**Uamvis domicilium originis firmius, & immutabilius sit, l. 1. & l. fin. ad municip. quia tamen domicilium habitations principialis est Glos. in capitulo statutum, ver. vnam dictam, de restrip. in G. adeo ut diecesis appellatione in dubio vent illa, quæ est domicilij habitations, immo & stylus Curia habet, vt orator exprimes diecesim, cuius est, exprimat diecesim habitations, non Natuitatis. Hinc fit quod licet statutum alicubi est, patet Spoleti, enī a Papa sub pena excommunicationis latæ sententiae confirmatum, ut pro nulla muliere civitatis Spoleti, vel eam habitante dari, aut recipi possit dos maioris summa mille florinorum, nihilominus tamen si Spoletanus origine, etiam cum Spoletana origine, in alio loco, puta Romæ, Matrimonium contrahat, ibique domicilij constitutum, cum proposicio ibi habitandi, licet potest sponsus patres dotem filiæ augere, & sponsus illad auctarium recipere, absque eo quod excommunicationem incurvant: si quidem statutum civitatis Spoletanæ quamvis omnes illius ciues, hoc est, habentes in ea domicilium, liget: attamen ibi natos, sed alibi habitantes non ligat. Statutum n. civitatis non nisi suę iurisdictioni subiectos obligare potest, eo quod cum statutere iurisdictionis sit, solum eos comprehendit, qui ei subiacent, l. fin. de iuris. omn. iud. & cap. 2. de consti. in 6. Ibi vero nati, sed alibi extra territorium habitantes, iurisdictioni illius non sunt subiecti.

## DECISIO LIV.

*Octava de consti. in Novis deest in antiquis.*

**C**Vm statuta Papalia sint, que Capitulum Generale auctoritate Apostolica condit, & inferior statuta superioris tollere nequeat ex Felin. in capitulo, cum accessissent, de Constitut. Capitulum non Generale representativum Capituli Generalis, statuta in huiusmodi Capitulo Generali per definitiū sententiam tollere non potest, eo quod sententia definita irrevocabilis est etiā ab eodem iudice, seu Capitulo Generali sententiam illam ferente capit. cum in literis, de offic. deleg. & iudex s. de re judic. vnde si quid iniuste in Capitulo Generali statutum esset, ad solum Papam, cui Capitulum illud Generale immediate subiectum, per appellationem tecundum est.

## TITVLVS III.

*De Rescriptis.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Parochus sine villa monitione infra annum cessante impedimento presbyter ordinari debet, alias parochiale perdit, nec cum ignorantia excusat.
- 2 Exemptio per possessionem quadraginta annorum prescribitur.

\*; Subre-